

H. Russ.

1  
11. 355.

DE h. 24.  
RVSSORVM  
RELIGIONE, RITI-  
PVS NVPTIARVM, FV-  
nerum, victu, vestitu, &c.

ET  
DE TARTARORVM  
Religione ac moribus

EPISTOLA

Ad


D. DAVIDEM CHY-  
*traum recens scripta.*

Alia eiusdem argumenti  
DE SACRIFICIIS, NVPTIIS,  
& Funeribus veterum Bo-  
rufforum.

*Ad CL. V. Georgium Sabinum  
olim missa.*

*J. N. 729* EXCVS AE  
ANNO

M. D. LXXXII.



DE  
RVSSORVM  
RELIGIONE, RITI-  
BUS NVPTIARVM, FV-  
nerum, Vscu, Vestiu, & alijs  
moribus.

**N** epistola mea, XVII.  
Kal. Maij, ad te missa, polli-  
citus sum, de Russorum re-  
ligione, & ritibus, pauca me  
tibi perscripturum. Accipe  
igitur, erecta fronte, quod mittimus, &  
hoc tibi persuade, fieri posse ut verba  
quidem non satis Romana scribam: Res  
autem ipsas mendacij & vanitatis peni-  
tus fore expertes. Nihil enim ex alijs  
auditum, nihil ex aliorum libris haustum,  
nihilq; incognitum commemorabimus, sed  
quidquid oculis vidimus nostris, de illo  
contestabimur.

Polonia deditioe recuperata; Socco-  
lia, Czussa, Turdbla & alijs Alba Russia  
oppidis ferro & flamma funditus, euerfis:  
Germani omnes, qui sub Christophoro  
Bombstorffio militabant, dimissi sunt.

A a solis

Institut Filologii Polakid I  
Uniwerytetu w  
ul. Szewska 40 II R

M. VII 1

Jan. 1657

3705

EX  
Hereditate  
Steinwehriana



1953 9. 105

L. 202630

## RELIGIO

Solis Borussiae, in Russia manendum fuit, ut aliquo tamen presidio istarum terrarum incolae defenderentur, si quam forte eruptionem facere vicini vellent Moschi.

Ego itaque media in barbarie haerens, amaras animi molestias ista ferè ratione semper excussi: Flamines Rutenicos adij, Religia Russorum, cumq; illis per interpretem de fide & religione collocutus sum. Si verò interrogatus, an in sanctam Trinitatem credant, constantissimè quidem hoc ipsum adfirmant, si testimonia sacrarum literarum tibi dari petis, Illi in libris suis, quos per manus à maioribus acceperint, ita scriptum esse aiunt. Porro si **LIBROS** istos videre quis auet, **Psalterium Prophetæ & Regis Davidis**, quod ipsorum lingua apud Ostorocenses impressum **Ex cel. tua**, mitto, ostendunt. **Novum præterea Testamentum: Apostolorum res gestas: D. Pauli Epistolas omnes: Item Homilias Chrysostomi, Basilij, Gregorij Nazianzeni, ex graeco cõuersas & manus scriptas habent, cum præcibus quibusdam ad beatam Dei genetricem & S. Nicolai dicendis.** Neque tamen, quare hos libros

## RUSSORVM.

hos possideant, scire possim, cum diebus Dominicis per se solummodo fabulas populo prælegant. Ista enim feria, qua nos legimus Euangelion de reuocato ex mortuis filio viduae Nainica, hospes meus, Cõsul Deisenensis, Alexius Casarimus Rutenus, in suo se templo hanc lectionem audiuisse dicebat: Christum matri Maria obuiam factum suppliciter ab ea unum rogasse nummum, matrem verò, cum & ipsa nihil haberet argenti, filium Christum eum dolore suo dimisisse è conspectu. Vides qualibus nugis decipiant miserum plebeculam, sed nec ipsi Doctores meliora sciunt, & si audiunt, cachinno quodam explodunt. Solum namq; suam admirantur barbariem.

Papa Romani nomen, agrò in aures dicitur Archiepis mittunt suas: seq; Græcorum facies in religione, & Pontificis Byzantini maiestatem venerari clamant, qui quidem suam **Metropolitam in vrbe Moschovia** habet: virum apud Ioannem Basilidem summa auctoritatis & existimationis, quod ex Christiano Boccornio, Magni Ducis concionatore, qui triennium in aula Moschorum cum suo principe vixit, intellexi.

## RELIGIO

Ruteni verò, qui Regis nostri Imperio parent, Metropolitam suam *Vilna* habent, cui nomen est Anicephoro. Hunc magnifico & splendidissimo habitu indutum, senioq; & cana barba venerabilem, 20. Iunij *Vilna* sacra peragentem vidi.

*Templa.* Russi delubra habent plerumq; lignea. tecto scandulari, in summitate templi signum Christi in cruce sublati conspicitur. Horologii ~~sextentis~~ pland desituuntur. Et tamen die Solis circiter quartam matutinam ~~vergo~~ ~~ne~~ eorum ~~inimabula~~ pullans populum ad sacra vocat. Tum verò matres atq; viri, pueri, innuptaq; puellas, lecto valedicentes vestem sumunt, & ad ecclesiam summa cum festinatione properant.

Verùm enimvero pedem domo non efferunt, nisi prius genuum suum dictis precibus mitigaverint. Habent autem tabellam quâsq; ligneam, in qua capita alii quot depicta conspiciuntur, ad hanc cum vota familia accedentes, cum genuu & lacrimis S. Nicolaum, eiusq; in cælo comilitones pro salute domus suæ supplices deprecantur, atq; interim tanta cum de-

uotio

## RUSSORVM.

notione pectus tundunt, ut cuius astanti facile cordolum excitent.

Iamq; penetibus placatis ad Sacram eadē discedunt, cuius limina quamprimum tetigerunt, magna cum reuerentia caput telluri illidunt. Et sanè si frons animi ianua recte dicitur, non video quali sub sidere homines Dei numē religiosus adoraturi sint, quam hi de quibus loquimur, si modò pro vanis fabulis verbi cælestis veritatem aliquid quando cognoscant. Dolendum autem magnoperè est, lucem clarissimam Euangelij illis nondum penitus illuxisse.

Locum templi secretiore Flamines bini occupant; hinc ara sancto Nicolao dedicata videtur cum eiusdem imagine. Auditores & populus in ambitu templi sese continet. Femine verò que præterita non esse Veneri militârunt, in penetralia sanctæ adia non veniunt, ne locum profanent. Cetera accedentes propius candelas cereas inflammant, & sacrificulo offerunt. Ille candidula veste bombycina indutus est, cabatio & pallida facie defarmis, Crucem sanguinei coloris à tergo ponsilem habens.

Tandem è Sacratio egreditur, & thuribulum dextra tenens, tam forti odore Dia-

A 4 bolos

## RELIGIO

Conciones. holo ex loco sancto abigit. Mox rituales libros promit, & aliquam fabellam de S. Nicolao recitat, quem illi tanquam Deum tutelarem semper colunt. Euangelij lectionem unam nunquam, hic audiui. In teo reu adytum clauditur. Sacerdos si inter legendum aut erret, aut lingua titubet, aut vocem aliquam deprelius enunciet; grauisissima propterea ab auditoribus obiurgatur: qui eum & sacro loco indignum, & libros alij tradendos unanims voce proclamant.

Lectione finita, ad anticum sacrarij, in quo imago Nicolai asseruatur, sese conuertit, Deumq; patrium multis suspirijs rogat, vt commoda Russorum & gentem sibi deditam contra hostes incolumem seruare dignetur. Orantem lamentabili uociferatione & quiritatu excipiunt non tantum scholastici, sed omnes quotquot isto uidentur in fano: subinde iterantes hanc uocem, Hospody Pomylou, hoc est, Propitiare nobis o Domine. Dum hac aguntur, anticum sacrarij non aperitur.

Missa. Mysta autem per pseudotyrum in illum ingreditur, daduchis tribus precedentibus. Cum in adytum uentum est, sacramentum

## RUSSORVM.

nam uerbis ab ipso Christo expressis consecrat, sed lingua tantum patria. atq; hac fuerit in ara Nicolao sacra.

Mox fores patent: Populus uero quia certum numen in isto loco habitare existimat, egredienti Sacrificio magno euulatu occurrit, sexcenties hanc uocem decantans. Hospodij Pomylou. Hunc clamorem, nolarum & cymbalorum tinnitus mirum in modum auget.

Vt uero in toto iam facta silentia templo, Sacerdos pedetentim procedens, arcana sacra toti populo commonstrat, calicemq; plumbeum, cum operculo serico in dextra, & scutellam ex eodem metallo in sinistra tenens. dum in genua procidunt auditores, ille lingua Rutenica hac uerba proloquitur: Hoc est Corpus, & hic est sanguis Domini Iesu Christi, quem Iudaei innocens morte multarunt. Tum denuo inter gemitus & suspiria mulicbriter lamentantur, & tundunt pectora palmis.

Flamen ilico in sacrarium regressus, in ara Nicolao sacramentum deponit, donec ueniant qui eo utantur, quod interdum fit sequenti die. Calicem, si uinum non habent, ex calido Medone consecrant. Pa-

R V S S O R V M

mem verò azymum domi suae pinsunt ci-  
nes, & deinde quoties caeleste illud conui-  
uium accedere gaudent, sacerdoti offerunt  
ut consecret, & cum calice distribuat.

Peractis sacris libro ad manum resum-  
to Psalmum vñū vel plures demurmurat  
sacrificulus, crucemq̄ ex argento puro factam  
Etiam omnibus exhibet osculandam. Postea  
suam quisq̄ domum discedant, et admodum  
rari ad vespertinas preces reuertuntur.

Palociae autem & Viliæ, maiori pompa  
& splendore rebus diuinis vacant. Vbi su-  
pellectilē ex auro & argento copiosam ha-  
bent in ecclesijs. Vbius triginta templa ha-  
bent, omnia fere opere latericio structa.

Statuas nullas in templis venerantur,  
sed D. Nicolai & Mariæ virginis imagi-  
nibus serupas quosdam argenteos, Coralia,  
et alias exuias dono dederunt. Has quoq̄  
Picturas, tanquam numinis aliquid habere  
res religiosè colunt, et quotannis in Duna  
fluuiio bis abluunt, atq̄ tandem magna cum  
pompa pristinum reducunt ad locum.

Præterea mysticæ ablutionis sacramen-  
tum in suo certu retinent: ita tamen vt in  
hoc negotio per omnia fere quam proximè  
ad Romanenses accedant. Multum hic per-  
ditur

M T S S A.

litur olei, operæ & vnguenti. Post longi-  
tas tandem ceremonias Flamen toto con-  
ugio persuadere solet infantē, ita inquit nos  
Baptizate per nomen patris, & filij, &  
sancti spiritus. A patrinis deinde more  
patris vñis aliquot tenellus puffed bume  
nectatur: Et licet hic aspera hycems crua  
delicissimè scuiat: tamen tanta gelidarum  
copia aquarum suam sobolem abluunt. si  
vñis causam querit, respondent illi: q̄te  
vñis affluere multum est. Postremo  
Flamen infantulum iterum comprehen-  
sum blandè exosculatur, illiusq̄ caput ad  
crucem, qua templi foribus incisa est, ma-  
gnè impetu ter vibrat, & nisi testes baptis-  
oni celsus audiant, indignantur propterea,  
vñis puerum rectè sacris initiatum exo-  
sculat. Sacro finito Flamini tres panes (quos  
forma pyramidalis Pyracno vocant) pon-  
untur cum numis aliquot argenteis,  
templumq̄ clauditur.

Sacerdotes Rutenici proprias uxores  
habent, & sunt coniuges. Si quis dicit à Sacerdo-  
Papa matrimonium clericorum improbas  
res, excandescunt vti rapidis cum ferrea  
flammis lamina Cyclopium excoquitur fla-  
grante camino. Reditus certos, et certa sti-  
pendia



## RELIGIO

**Sacerdotes.** pendia non accipiunt: ~~et tamen auditores~~  
 rum beneficentia liberaliter aluntur. Cuius  
 cullos profus ignorant. Capulis coloris  
 tunicae perun duplicem habent. capil-  
 lis ad humeros et pettus dependentibus  
 apprimè gaudent: et quo quisque est ni-  
 grior et adpectu inamabilior, tanto ma-  
 iori apud populum est in dignatione. Raso  
 præterea vertice et iamissa barba gra-  
 uitatem præ se ferunt singularem. Vite  
 alioqui adeò impura et execrabilis, ut nõ  
 delubris Deorum, sed pistrinis molitorum  
 dignos adfirmare possis. In tabernis pu-  
 blicis vinum adustum totas dies potant:  
 Cumq̃ iam nec mens nec pedes officium fa-  
 ciunt sæpè velut emortui in medijs plateis  
 concidunt et obdormiscunt. Germani cer-  
 te milites non semel iacentes perminxe-  
 runt. Postero die cum ad peragenda sacra  
 in templum redeunt, non aliter coluntur à  
 populo et amantur, quàm si nuper ex con-  
 cilio immortalium Deorum missi venis-  
 sent legati.

**Schola.** Scholas semper templis adiunctas ha-  
 bent. in illis triginta annorum iuuenis  
 prima literarum rudimenta pueritiam do-  
 cet. Littera ipsorum alphabetica veteri  
 ribus

## RUSSORVM.

rib. Gracis quam similitima sunt. Cateche-  
 si nulla vtuntur: sed preculas ad beatam Decalogi  
 Virginem et D. Nicolaum in libris deo mencio  
 scriptas pueris proponunt. Symboliam ta-  
 men Apostolorum verbis quibusdam im-  
 mutatis addiscunt. huic adduntur Hym-  
 ni Davidis, quos illi nocturna versantq̃  
 manu, versantq̃ diurna. Pueri annorum  
 trium et quatuor, si fortè inualetudine  
 aliqua corripuntur, statim Flamen aduo-  
 lat, et sacramentum sub vtraque specie ilo-  
 lis etiam distribuit. Tum verò iussu sa-  
 cerdotis seriò prouidendum est parenti-  
 bus, ne iste puer, sacra qui vsus est cana,  
 toto biduo oris excrementa in terram ex-  
 spuat.

Ferijs esurialibus plebes miserè ob-  
 noxia est. Cumq̃ totus iam preterijt an-  
 nus, vix paucis diebus illis carnes comedere  
 licuit.

**MATRIMONII CONTRAHENDI** Ratio talis est. Iu-  
 uenis si cui fauet puella, propinquos tres  
 quatuorq̃ ablegat, qui parentes de elo-  
 canda virgine interpellent. hi verò vt ve-  
 hementius animum proci irritent, nihil  
 suo de negotio consieri posse adfirmant:  
 et quam

RVSSORVM

et quandam apud internumeros simulant  
grauitatem. Sponsus tali spe frustratus,  
alia rem via aggreditur, tempusq; et occa-  
sionem venanda virginis diligentissime  
observat. illa verò si forte domo paterna  
egreditur, ministri in insidijs collocati mo-  
cautam et nihil tale timentem in casses  
sponsi venatoris conijciunt; quæ simul atq;  
deplorata fuerit, mutantur alij ad parues  
legati, qui partim culpam deprecantur,  
partim amoris vehementiam accusent.  
Tum demum parentum impetrato consensu  
nuptijs dies dicitur. neq; enim illis cohabi-  
tare licet, nisi solemnitate publica copulen-  
tur. Igitur circa horam noctis undeci-  
mam, sponsi cum fidibus, facibus et fistu-  
lis ad delubrum deducuntur. Ante illo-  
rum aduentum, aliquot vascula siceræ, me-  
licrato et cereuisia plena huc aduella  
sunt. Comiua itaq; utriusq; sexus, salo-  
tando, ludendo, clamando et ridendo bo-  
nam noctis obscuræ partem consumunt.  
Inter hæc mittuntur certi homines, qui Fla-  
minem accersant: hi plerunq; re infecta se-  
mel atq; iterum discedunt, idq; fit propter  
temulentiam deplorati sacrificuli, qui vi-  
no et somno sepulchris iacet. Vultus inte-

in oia  
grate  
di ma  
himo  
nij

Nuptia-  
rum ritus.

NUPTIÆ.

in dignis choris occupatur: Posse-  
re et absentia impatientes illi qui  
nsum adfinitate attingunt, Flaminiis por-  
tionem effringunt, et vi abruptum ad-  
agenda sacra eundem pertrahunt. Ille  
solito vult fungi officio, nec tamen  
his pedibus consistere potest. sæpe concio-  
in medio templo. Exoritur igitur dam-  
bilis risus et barbaries, ut vix opiner-  
unicos Veneris sacra scurrilius perc-  
les Accurrunt ilico qui lurconem tene-  
t, ne collabatur. Tum primò panes sibi-  
bivos adferri iubet.

Deinde libro aperto stentorea voce  
quem Hymnum Davidicum cantat.  
sic à intortam sponsi cesariem manu con-  
hendens in hanc sententiã eundem as-  
ser. Dic mihi o sponse, o frater, o amice,  
inquit tu huic teneræ vir esse poteris?  
inquit eam fustibus aliquando multas  
numquid agrotam se abrosam et decre-  
tam derelinques? Hic sanctè iurat spon-  
se facturum viri boni officium. Ad-  
rosam igitur sermonem conuertens,  
in quoque interrogat: An viro fe-  
cido sufficiat? an rei familiaris curam  
res? an cæco, curus et decrepito marito  
fida

NB

NB

R V S S O R V M

fida vellet esse comes? adfirmat illa. Mox  
 Flamen serbo ligneo viridi vtriusque ca-  
 put coronat. In circumferentia coronas  
 rum, descripta sunt Rutenici hæc verba:  
 Crescite & multiplicamini. Ille dum hæc  
 agit, inflammantur ab omnibus cereæ can-  
 dela, & patera medone spumans sacrificio  
 traditur, eam novis sponsis vno propinat  
 haustu: illi simili alacritate euacuant, &  
 viro religioso reddunt. Abiecto iam ligo-  
 neo cassiculo & pedibus contrito, novias  
 instituunt choreas, hic Flamen choragus  
 est, cæteri longo ordine eundem insequun-  
 tur. Fæminæ etiam lupulum in templo  
 spargunt, & linum, cum tali acclamatione:  
 Dij nostri tue clares faciant, ne novæ con-  
 iuges villo vnquam destituantur bono. Sic  
 tandem tumultuum finis est. Sacrificu-  
 lus domum reducitur: coniuuæ sponsus  
 comitantur, & in tali conuentione egre-  
 giè potant, & mæchantur. Viri autem  
 qui ex coniuge fato sancta masculam sobo-  
 lem susceperunt, persæpe impuberi filio  
 sponsam quarunt, cum qua tamen illi dor-  
 miunt & liberos procreant. Nato deinde  
 ex ephebis egresso nouam nuptam à se con-  
 stupratam & sobolem vnâ adducit pater,  
 ita

R V S S O R V M.

ita inquit: Vides fili tuam coniugem &  
 tuos liberos? Patris scortum, si filio pla-  
 cet, accipit illud, sin secus, prædam aspero  
 natur, & de aliâ ducenda cogitat.

Iam de SEPULTURA MOR-  
 TVORVM quadam annotabimus. <sup>Funerunt</sup>  
 Homines rebus humanis exentos in men-  
 sam nudos deponunt, & calidis vndis per <sup>ritus</sup>  
 integram horam abluunt, idq; tantum fa-  
 ciunt noctu. Sordibus ita abstersis, in selæ  
 la mediæ domus constituunt eosdem, pro-  
 pterea nimirum, vt patremfamilias eti-  
 am mortuum venerentur, & metuant  
 quotquot ista degunt in habitatione. Vi-  
 di semel atq; iterum; sed obstupui, steter-  
 runtq; coma, & vox faucibus hæsit. Fu-  
 nus tandem tertio die effertur, præcedunt  
 in ordine scholastici, hi lamentabile car-  
 men ingemunt, cuius sensus est: Aspicio  
 te ô ciues hoc cadaver & vobis caueat  
 Nam nos omnes sic ibimus, ibitis, ibunt.  
 Sandapilarios tres insequuntur Flamis-  
 nes, medius thuribulo circum circa sumat.  
 Existimant enim hunc odorem malis ge-  
 nijs ita contrarium esse, vt perinde eum  
 fugiant, ac sanctæ crucis signum. Cum  
 iam ventum est ad sepulturæ locum, Oro  
 B ciniana

RUSSORVM

viniana ista sponda depomitur. Femina  
 vero, quae ut sterent oculos crudelis  
 suos, magna cum lamentatione ad viciniam  
 feralem, quae hic aperitur, accurrunt, &  
 cadaueri oscula figunt, ita interrogantes:  
 Cur nostro abiisti à conspectu d' carissimi  
 numquid cibi & potus inopia te occidit  
 numquid infelicis coniugij capistro capite  
 subtrahere voluisti? Fatere nobis, quae  
 res mouere potuit, ut non tantum suauis-  
 simam thalami consortem, & liberos de-  
 cissimos tuos desereres: sed etiam deliti-  
 pulcerrimi huius mundi, tuis propter  
 fortunas & familiaribus omnibus abri-  
 nunciare? Sed hic verum est illud: Syri-  
 do narratur fabula. Accedens igitur sacra-  
 ficus, plorantes feminas arceat à federe  
 Deoq; manium imperat, ut ne vlla re mor-  
 tuum impediatur hominem: sed liberè ei  
 abire permittat ad locum istum beatarum  
 mentium ad quem maiores ipsius iam olim  
 praecesserunt. utq; expeditus tam longum  
 nec satis tutum uer conficere possit, quicquid  
 in omni vita preciosa supellectilibus  
 habuit, illud in urnam fertilem inferunt  
 iamq; antea domi suae recentibus oercis  
 veste noua abeantem herum inducunt.  
 Mortuo

FVNERA.

Mortuo etiam cervical substernunt, sicca  
 terra refertam. Cumq; iam ferale marmur  
 Flamines absoluerunt, defuncti coniunx  
 iterum accurrens cum eiulatu & clamore  
 maritum ad vitam reuocat. Huius gemitu  
 tum ipsi sacrifici cum cantoribus excipi-  
 unt, & sesquiorum vociferando perdunt.  
 adfertur deinde argentea crux, eam capu-  
 lo superimponunt & demortuum monent,  
 ut ne suam patriam in consuetudine caele-  
 stium animorum obliuiscatur, sed pro ea  
 apud caelites assidue deprecetur. Rogant  
 etiam ut ante omnes D. Nicolaum sibi  
 conciliet, hunc namque Deum esse tutela-  
 rem omnium Russorum. Tandem cadauer  
 in fossam demittitur: Flamen verò sicci  
 pulueris tantum urna superimicit, quan-  
 tum manu tenere potest. Cateri deinde  
 mortuum sepeliunt. Atq; ita Piacularia  
 sacra suum sortiuntur finem.

Eodem die cenam satis opipare & apo-  
 paratè instruunt, ad hanc Christiani (ita Coniunia  
 mendicos, appellant) vocantur, ut nimi- Funebria-  
 rum tanquam ociosi pro mortuo Deos in-  
 elament. Flamines item & omnes consan-  
 guinitate propinquos inuitant. Cumq;

## RUSSORVM

et mihi huic haberent honorem, libenter  
caestor eos adij, ea potissimum de causa, v  
mores eorum rectius contemplari et ol  
seruare possim.

Hospites osculo blandissime excipi  
unt, et quemq, ut dignior est, ad mensam  
collocant. Sed hic tibi illud ad mentem  
reuoces velim: Russos omnes S. Nico  
laum tanquam Deum adorare, eiusq, ima  
ginem in domibus omnibus videri. Ac  
cumbentibus continuis, ardentem statim  
adferunt candelam, eamq, Nicolao conse  
crant, deprecantes sedulo pro salute et  
beatitudine amici demortui. Postea in ser  
tella argentea triticum cum superinfuso  
melicrato apponunt. Singuli ligulam si  
mentes, manibus defuncti rerum abun  
dantiam, et nepotibus supellestem co  
piosam vno optant ore. Mox calix vino  
adusto plenus obambulat. et hunc liquo  
rem non aliter potant, quam vacca algen  
tes vndas, ut in prouerbio dicitur. Neq,  
tamen hoc ipsorum factum certa ratio  
caret: Vix enim illos ob ciborum cruda  
tatem viuere posse arbitror, si tam for  
ti potu stomachi frigiditatem non propul  
sarent. Ferculis demum appositis, senio  
inter

## CONVIVIA.

Inter Flamines iterum pinguia iura ado  
let, et lemures eicit foras, postea scri  
pto Crucis signo cibo benedicit. Peregrin  
is hominibus Elephantem honoris gratia  
præbunt, illosq, si alicuius sunt digna  
tionis et præminentia, muneribus adfo  
ciunt liberaliter. Dumq, omnes pro sa  
lute sui Regis, pro beatitudine amici mor  
tui, pro felicitate adsinium et cognato  
rum, plenis cantharis bibunt: fit ferè, ut  
vix duo vel tres istis ab exquisis sobrij  
domum discedant. Elemosynas illi qui  
lautioris fortuna sunt, die Veneris di  
stribuunt, sed exiguam tantum gregarij  
panis particulam.

Porro de vanis superstitionibus, quibus  
hæ gentes deditæ sunt, quid attinet perstitio  
dicere? Multi, serpentes in domibus fa  
nes.  
miliares habent et alunt.

Dæmonem quoq, meridianum metu  
unt et colunt. Ille enim cum iam matura  
refecantur fruges, habitu viduæ lugentia  
ruri obambulat, operarijsq, vni vel plu  
ribus, nisi protinus viso spectro in terram  
proni concidant, brachia frangit et crura.  
neq, tamen contra hanc quoq, plagam re  
medio destituuntur. Habent enim in vi  
B 3 cura

## SVPERSTITIONES

¶ *ina sylua arbores religione patrum cul-  
tas, harum cortice vulneri superimposito,  
illud non tantum sanari facile, sed & do-  
lorem loripedis eximunt.*

Luem castrensem quam nostri mi-  
lites huc aduexerant, tali modo eos pro-  
pulsare vidi. Funem accipiunt, eum  
per foramen scamni in domo vetustiori  
tantisper trahunt & retrahunt, donec  
ignis scintillam ex arido assere eliciant  
flamma conspecta, cereum in delubro vn-  
dis lustralibus perfusum accendunt. Om-  
nes deinde qui ex hac fauilla prunas vel  
torrem domi conseruant, tutos fore cre-  
dunt à pestifera contagione, & sit non-  
nunquam, ut euentus fidei respondeat.

**N** Doloribus dorsi talem adhibent  
medicinam. Pueros illegitimos, quorum  
hic ingens est numerus, certo are condu-  
cunt, illorumq; tergum pedibus sexcen-  
ties premunt, & conculcunt: Hoc medi-  
camentum anodynum maioribus profuif-  
se asserunt.

Leges &  
Iudicia,

Magistratum de voluntate Regis ac-  
cipiunt: Oppidis Starosta, hoc est, Capi-  
tanei imperant, hi pro suo arbitrio leges  
figunt

## R V S S O R V M.

figunt, & in plebeculam feceri dominari  
tur. Causse criminales ad iudicia raro  
deferuntur. Qui se conuicia dixisse ue-  
gat, absoluitur. Nam Palinodiam pro pe-  
ni irrogata reputant. Iuris Romani ser-  
puloſa volumina, Bartolos & Baldos fru-  
stra euoluisti, si hic esse uoles: Statutis  
enim, id est, legibus scriptis utuntur. In  
illis & hoc sanctum est: Homicidam, nisi  
in ipſo facto deprehensus sit, quingue flo-  
renis vitam redimere poſſe. Homini au-  
tem qui alterius canem caeciderit, multam  
decem florenorum irrogandam eſſe. Eu-  
ſtazij pena ipſis inter præcipua tormen-  
ta eſt. Nobiles enim, suos agricolas; He-  
ri mancipia ſua, ſi quando peccarunt, hor-  
rendum in modum fuſtibus dolant. Qui  
verò grauius deliquerunt, uirgis ferrois  
lacerantur.

Gens eſt natura ad arma propenſior.  
Machæris, frameis, & falcatis enſibus  
pugnare perſape etiam clauu lignea, quam  
ſemper ad manum habent. Si rus abeunt,  
Coſtram in dextra tenent, arcum autem  
Tartaricum cum pharetra & arundinibus  
penenſis lateri alligant.

In conueſſationibus non tantum ru-  
Ludi,

## MORES

bri chartacea symbola Regis lubenter tra-  
 Etant, sed & ludo tessario gaudent. Sum-  
 ma autem solertia praelia latronum lu-  
 dunt: Ut gemini inter se Reges albusq;  
 nigerq; pro laude oppositi certent bicolor  
 ribus armis. In hac profecto arte ita ex-  
 cellunt, ut haud sciam an ulla gens cum  
 illis comparari debeat.

Merces.

Cum pax est, ferarum pelles ex Mo-  
 schouia in Poloniam & Liouoniam vena-  
 les asportant, Mel, ceram, & corium  
 magna copia peregrinis vendunt. Ceteri  
 venando & latrocinia exercendo victum  
 querunt. Undiq; enim densissimis &  
 inuis nemoribus septi sunt. Lupos, Lyn-  
 ces & Martes sepe intra ipsa oppidorum  
 mœnia venantur. Martes quidem in sum-  
 mitatibus arborum plerumq; manent, &  
 mel ab apibus congestum avidissimè lin-  
 gunt. Rustici igitur canes alunt vestiga-  
 tores, qui odoratu produunt animal inter  
 arborum frondes absconditum. Tùm ve-  
 nator magno ictu arborem percussis  
 Martem de summo vertice deicit: que  
 ilicid ἰχθυόεις, ille dentium morfu necat.

Castores.

Κάστωρ quoz in locis paludosis habitan-  
 tes simili ratione decipiunt. Hoc animi  
 quia

## RUSSORVM.

quia in extremis annuum oris commora-  
 tur, non capitur, nisi Nouembri & De-  
 cembri mensibus, cum terra durissimo fri-  
 gore riget. Fluuio igitur glacie constri-  
 cto aduolat rusticus cum cane odorifquo.  
 Κάσωρ aduenientis animum minimè igno-  
 rans, effossos in ripa cuniculos deserit, &  
 sub glacie in argentibus undis natat. Ca-  
 nis autem naribus locum supra caput na-  
 uis exactè prodit. Sequitur igitur venator,  
 qui iam antea glacie perfossa ad fau-  
 ces fluminis rete de lino triplici factum di-  
 sposuit. Ad hoc cum iam deuenit Castor,  
 perrupturum se sperans, occiditur fustis  
 bus, & extrahitur. Pellis eius apud hos  
 populos summo est in pretio. Hanc quoq;  
 venationem impunè nunquam vidi, nam  
 penè cœli intemperies me occidit.

Moribus Russi erga hospites sunt ter-  
 rabilibus: nisi fortè eorum trullas ad-  
 mes. Nam inter pocula homines esse de-  
 sinunt.

Viri & femina, si à fortuna bonis Vestitiens.  
 firmiores sunt, eodem ferè habitu vesti-  
 untur. Tunicam talarem varij coloris ex  
 panno Britannico habent: limbis vestium  
 tannas sericas, & globulos deauratos in-

RUSSORVM.

texunt: vterq; ocreis calceatus. Femina vitis & mitra caput tegunt: viri eudone pileoſe coloris diuerſiſſimi. Ruſticorum filia ex capitibus ſerpentum torquem colico circumdant. Vulgus autem ex pellibus ferinis tunicas, ex cortice arborum calceos parat: Et tot hic ſunt ſutores quot ruſtici.

Farma corporum

1) Natura proſecto ſub aſpero caelo homines etiam elegantes producit. Corpora plerumq; ſolida habent & ſucci plena. Neq; adeo informis eſt ſexu muliebris, ſi quid formaru veliſſe ſpectator. Omnem autem decorem ſui vnico potandi vitio mulieres obſcitant. In hac enim re ſi maritos non vincunt, certe ſunt illis inferiores.

Muſica.

Muſica ſubtilioris ignari ſunt. Paudas nulla arte tractant, & tantum tibias vetriculares in delitijs habent. In nuptijs & alijs ſolemnitatibus perſepe ad manuum comploſarum fragorem charcas ducunt.

Libri.

Libros latinos & graecos nunquam viderunt: & tamen de Religione Graecorum multa gloriantur. Ego cum ſemel novum Teſtamentum Tiguri graece impreſſum mecum haberem, rogaremq; Flamines ut aliquam periodum legerent, illi ſeſe hoc fa-  
Eturos

RUSSORVM.

Eturos pernegabant: ſanctè adfirmantes, cuiusmodi typos nunq; ſibi antea viſos eſſe.

Menſa elegantiam non magnoperè curant: ſed crudos cibos, Deos Aegyptiorum, porrum & cape auidiſſimè ingurgitant. Dicitores vinum & medonem, vulgus Quatuſtum, hoc eſt, aqua bibi, admixto ſale vulgari, & pane mucido ſquarog; veſcitur.

Domus Rutenica lignea ſunt, & quaedam Acdiſciadem male materiata. Ita tamen deſipiunt, ut exiſtiment parietem craticium latericio praefendum eſſe. Cementi apud eos nullus ferè uſus eſt. Polocia tantum tria templa ſunt opere latericio extructa. Ex his tertium more Italicè pulcerrimè expoſitum nunc ibidem coſpicitur. Caetera Moſchorum Dux, Ioannes Baſilides deuſtauit, cum ante annos 18. Polociam deſtitio ne in ſuam accepit poteſtatem.

Pacis tempore optimos accipiunt ex agris prouentus: nec ullis ferè frugibus hominum utilitati ſeruicunt. Aues omnis generis perdices puta, phaſianos, atagenes, erythrotæones ſumma ſolertia per inſidias capiunt & leui ære diuendunt. Piſcium lautiffimorum admirabilè copia perennia illis ſuppeditant ſumina, Boryſthenes,  
Duna.



RUSSORVM.

Duna, Drifna, Driffa, Polotta, ex quibus innumeri lacus & ἰχθυοδρομαῖα sese effundunt. Excocto sale Iberico cibos condunt.

Moneta.

Metallum quidem patrio in solo non effodiunt, & tamen auri, οβρυζι, signatiq; argenti maximo desiderio tenentur, atque hoc vitium cum ceteris mortalibus commune habent. Numos eorum argenteos ovali forma procosos ad tuam Excell. mitto: ij uno in latere Cataphraeto signantur: in altero descripta sunt Rutenice hæc verba: κ̄ηε Βεληκι Ιβ̄αρ, hoc est, Princeps magnus Ioannes.

Hæc ferè ea sunt, David Chytræ, quæ in orientiori Russia obseruatione digna putari, quæ quidem, ut tua cupiditati satisfaccrem, lubenter in has paginas conieci: Nec tamen omnia attingi, sed tantùm summa sequutus sum fastigia rerum, Apes ut tenero studens liquore libat summa thymi, aut crocon rubentem.

Armenij.

De Armenijs quoq; antea ad te perscripsi, neq; dubito literas tibi redditas esse. Hos frequentes habitare Leopoli, atq; ibidem pulcherrima templa habere, Tidemannus

TARTAR: RELIGIO.

demannus Gisius, 7. Iunij Caumè mihi dixit. Ego quidem, si aliquando officij ratione hoc ipsum licebit, Leopolim excurrem, & vicinam Armeniam perustrabo, fusiusq; deinde omnia literis tractabo.

Nunc restat ut de TARTARIS Tartari. per pauca subiiciamus. Cùm verò epistolam ad te scribere decreuerim, non est quod historiam expectes. Nolim namq; γλαῦκας εἰς ἀθύρας. Tartarorum quidem copias minimè contemnendas regijs in castris persæpe vidi: atq; hi ex Præcopiensium Horda aduenerunt, ex qua nunc quoq; militem conscripsit Stephanus victor. Ceteri Polonis notiores sunt Tauricenses, Asturcenses, Naianenses, Rezihorenses, & Circassij. Principem Hordæ sua lingua CZar, hoc est, Imperatorem appellant. Nobiles autem, quibus res mediocriter sunt secunda, Cnesi, id est, Principes vocantur. Tantus nimirum barbaræ gentis fastus est, ut etiam titulos & magna miseri aucupentur nomina. Religio eorum sine dubio diuersissima est.

Ego illorum ritus, qui Regis nostri sceptrum agnoscunt, breuiter attingam. Bellici

Religio  
Tartaro-  
rum.

## RELIGIO

Bellici sanè tumultus eos à numinis cultu non auocant. Nam Veneris die, cum vix Sol ipse nitentes spargere iam cepit radios, in medio camporum aequore frequentes conuolant. Hic Papa nudo vertice & pedibus complicatis humi sedens, schedulam sinistra in manu tenet, in hanc descripta ex Alcorano paradoxa aliquot congescit, quæ voce clara ad circumstantes recitat. Illi si quando nomen Dei & Mahometis audiunt, gemitu & capitis inflexione reuerentiam suam declarant. Lectione finita, in stationem quisq; suam reuertuntur. Ceteri tamen qui pacem bello, æconomiam militiæ præferunt, alijs quoq; ceremonijs occupantur. Hi vno à Vilna militari, ad fluminis Velix ripas, gurgustia aliquot & pagum amenissimo loco situm habent. Huc ego XII. Kal. Iulij cum Ioanne Gamrato Stralsundino, mercatore & ciue Vilnensi exspatiatus, delubrum eorum intravi. In illo certè, nec alio cuius Dii, nec atri Dæmonis simulachrū ullum videtur. Nudi vbique parietes. Area tamen pictis Tapetis instrata est. Die Veneri dicata semper ad sacra conueniunt, ea, uti opinor, de causa, ut signifi-

cent

## TARTARORVM.

cent neq; Iudeorum superstitiones, nequæ Christianorum nomen & religionem sibi probari. Delubrum nulli nisi discalceato ingredi licet. Campanarum boatum minime tolerant. Papa autem, exorto sole, in summitate templi exedra insistens, siem terea voce populum ad conuersiones vocat. Cumq; iam frequentes adsunt, summo ad manum Alcorano, quem Arabicis litteris scriptum mihi monstrarunt numinis colendi rationem illis exponit. Postea de apostheasi Mahometis, deq; illius maiestate & præcellentiâ carmen agreste decantant: & tunc Comitiorum finis est. Si Alcoranum, vel alium quemuis librum typis editum hic videre licuisset, eum certè, vel magno pretio comparatum, ad se misissent. In tanto autem librorum defectu nihil se vendere posse dicebant. De Deo Iesu Christo & Spiritu sancto frustra eos interrogabis. Veram enim pietatem ita curant, ut numerum lupus aut torrentis flumina ripas. Non semel igitur admiratus sum, cum inter Christianos habitent, cur adediduri sint, & Christianam religionem aspernentur. & video sanè Iesuitarum nugas, qui de conuertendis ad Romanam ecclesia-

ant

## TARTARI.

am gentibus multa & grandia fabulantur, Cum nequaquam hos, qui vicinis in parietibus commorantur, à vana superstitione abducere possint. neq; tamen & hoc negare ausim, esse in Scythia homines Iesu numen adorantes, cum dictum sit per Dauidem de voce Euangelij per Apostolos in gentes spargenda: In omnem terram exiit amicus eorū, & in finem orbis oratio eorum. Porro non fugit excellentiam tuam dogma Mahometarum magna ex parte Iudæorum superstitionibus & somnijs esse refertum. Tartari igitur Circumcisionem quoq; retinent, sed diuersa ab Hebræis ratione. Secundo enim & tertio annis à natiuitate. prout Papa visum est, circumciduntur.

Lingua eorum à Polono idiomate tam longè abest, vt hi in Scythiam, illi in Sarmatiam commigrantes, rana Seriphia non iniuria dici queant. Qui tamen in Polonia, & Lithuania, & vtraq; Russia longè lateq; dispersi sunt, plerumq; hominum, quibuscum degunt, linguam addiscunt & callent.

Præterea illorum Papa hoc mihi in sermone dixit: In multis sua gentis regionibus,

## TARTARI.

vibus, solem, ignem, malos item genios, tanquam Deos coli. Moribus feris sunt, & duri laboris patientissimi: nec etiam vna vxore contenti: Nam plurimas ducunt, quarum penè miranda domi est concordia. Sed prior cæteris gratior habetur & acceptabilior.

Mortuos hic non cremant, sed defodiunt. Sponfos etiam fato functos addita dote & rebus Oeconomica necessarijs matrimonio iungunt, ridiculis me hercule ceremonijs: quos alio in orbe & reuiceluros, & vna semper futuros autumant. De animabus mortuorum ita sentiunt, eas videlicet ex vno corpore in aliud tantisper demigrare, donec præcellentem aliquam & diu quæsitam inueniant habitationem: atque hinc magna ista mundi lumina Cæsares & viros principes enatos esse.

Victus illorum miserrimus & Cyelopicus: Nam prandentes aliquoties cum horrore aspexi. Carnes certè equinas ac semicollas auidiſſimè deuorant. nullus illis mensarum & sedillorum est vsus. Cuius equorum iam tum fumantes, & recens bestia detractas pro scamnis confessari

C      constera

## TATARI.

consternunt. Lac equarum tanquam vinum Cretense admirantur & epotant. Habent bellis, acynucibus, arcu et sagittis pugnant, bellatorum praestantia equorum omnibus facile antepoenendi.

Præcipiensium legatus XIX. Iunij Vilnam adueniens Regi Euangelion adferebat, de re à suis contra Moschos ammosè & fortiter gesta. Quod videlicet non tantum maximas hostis prouincias ferro flammâq; feliciter peruagati sint: sed & ad ipsa Metropolis Moschoua mœnia penetrarint. Horum studium voce sua Rex collaudans, magnam se ipsis aliquando gratiam habiturum dicebat, si deinceps quoq; magnanimo conatu in aduersam gentem arma & bellum inferant.

Iam de rebus POLONICIS quales ea nunc sunt: scribendum aliquid erit. Quia enim nihil abs te litterarum tribus penè mensibus accepi, meas epistolâs, quas Maio & Iulij exaram, intercidisse video. Rex Stephanus victor, 29. Aprilis ex Comitibus Varsauiensibus Vilnam reuersus est. VIII. autem Kal. Iunij Bogdanus Bielscius, Moschus nobilissimus, à suo principe profugus ad regem venit Vilnam,

qu

## TARTARI.

qui non tantum humanissimè nouum & insperatum hospitem excepit: sed & mireribus adfecit liberaliter. Sunt homines, qui omnis loco illi usaduentum excipiant, & fore confidunt, vt exulis consilio Rex plurimis in rebus adiuuetur.

Sequenti die, qui erat 26. Maij, Legatos Moschicos aduentare vidimus, comitatum habentes satis splendidum. Cum illis aliquot diebus de pace tractatum est, effectum verò nihil. Conditiones à Rege propositæ tales sunt: Moschus Liouoniam tradat. Impedimenta bellica & commensurum in arcibus deditis relinquat. Sumptus etiam duabus expeditionibus factos persoluat. Pacem perpetuam sanciat. Danorum & Suecorum Reges hoc fœdere comprehendantur. Captiui λύτρω vel permutacione redimantur. Ipse Princeps in finibus vtriusq; regni ad colloquium se sistat. Internuncij cum dicerent nihil horum suis in mandatis annotatum esse, intercessionem Procerum, decem dierum spatium impetrarunt, vt interea per veredarium Principis sui mentem explorarent. Ille qua die dicto reuersus non est: Rex quidem Legatos dimisit.

C 2

Ipse

POLONICA.

Ipsè verò 19. Iunij, equum in gyros  
tortum conscendens, Vilna egressus est  
circiter decimam dici horam, exlo ita se  
reno, & tam faustis hominum acclama-  
tionibus, ut dubitare nemo possit, hunc  
Principem diuinitus Polonorum genti da-  
tum, ex hydra ista Lernæa feliciter debel-  
lata, famam reportaturum esse immorta-  
lem. Equitabant in agmine variarum  
gentium Proceres, inter quos non postre-  
mus erat legatus Pontificius, Ioannes An-  
dreas Caligarius, Episcopus Brittonorien-  
sis, qui pro confirmatione Regni pecuniam  
Papæ debitam deposcens, indulgentias si-  
mul & peccatorum remissionem largisse-  
mam attulit. Proximum ab illo locum  
tenebat generosus vir, Leuinus Bulonius  
ab illustrissimo Marchione Brandebur-  
gensis & Borussorum Duce in legatione  
huc missus, Qui postea Caenam reuersus,  
cùm ad prandium me inuissset, amanter  
hoc à me petijt, ut suo nomine salutem tibi  
plurimam adscriberem, addens & illud:  
In Borussiam quidem te hoc tempore non  
uenturum, id quod ego summo cum dolore  
audiui: Statueram enim salutandi grati-  
Regiomontem ad te excurrere.

TIDE.

POLONICA.

TIDEMANNVS quoq; GI-  
SIVS, I. V. D. & Regis intimus Secre-  
tarius, homo omnium hominum humanis-  
simus, & optimus litteris egregiè excultus,  
XXI. Iunij, historiam Augustana Con-  
fessionis tuam, ab Rittero latina ciuitate  
donatam, Vilna mihi monstrauit, Cùmq;  
sumto semel iterumq; calamo scribere tibi  
vellet, neq; tamen, tanta & indicibili ne-  
gotiorum mole oppressus, sibi ipsi satisfacere  
posset, inuitus quidem hoc tempore  
officium tuæ excellentiæ debitum inter-  
misit, meq; per Apollinem rogauit, ut hanc  
candidissimæ mentis suæ adfectionem per  
epistolam tibi significarem, id quod me fa-  
cturum, uti debu, ita lubenter promisi.  
De omnibus tamen rebus, quæ hactenus  
gestæ sunt, & quæ deinceps numinis au-  
spicio gerentur, faciet te paulo post cer-  
tiores.

Regis nostri frater, Transyluania  
Princeps, nuper decessit, cuius obitū Rex <sup>Transyl.</sup>  
grauiter tulit, ut par est, metuit fortassis <sup>uanica.</sup>  
aliquam in istis locis mutationem, quanq;  
filius demortui, decem annorum puer, à  
subditis patris successor nominatus est.  
Eodem die quo Transyluanorum Domi-

C 3 nus

## POLONICA.

nus extinctus est, generosissimus Regio  
equus exanimis concidit & porijr, qui non  
procul ab arce Vilnensi defossus est, & co-  
lumnam habet ligneam.

Belli suscepti moles hac astate Plesco-  
uiam tanget. Milites vndiq; huc consue-  
unt, ille ex Germania, alter ex Cabydoma,  
tertius ex Britannia, tot nimirum venales  
animas tantò citius Plutoni propment.  
Nā vndiq; ad inferos tantundem via est.

Rex dum foris hostem quaerit, nos dor-  
mi pro pietate bellum gerimus. Proceres  
quidem Polonici, qui purioris doctrina  
professoribus fauent; & partim Cinglia-  
nos defendunt; partim Augustanam Con-  
fessionem sequuntur: ante abitum suum  
de ineunda concordia suaserunt, certum  
esse adfirmantes, quod N. Romæ nuper  
creatus imperitiam Lutheranorum iura-  
mentum praestiterit Pont. Max. Huius  
verò tyrannidem non aded metuendam esse  
se, si nos piè in religione consentiamus.  
Mao igitur mense convenimus Vilnae, esse  
fecimus nihil. Summam actionis adiuncta  
continent pagina. Ipse Dei filius, vimiam  
gloriosissimo aduentu suo vulnere ecclesiae  
cirò sanet; & beatitudinem nobis donec  
sempiternam.

## POLONICA.

sempiternam. In hoc quidem seculo sim-  
seram sperare pacem non licet. Anaba-  
ptistas vicinos per occasionem erroris ad-  
monui. Horum superintendens Laurens  
Criscouius, haeresin se defensurum scribit,  
cum prodierint charta, habebimus sanè  
quod aut contemniamus; aut etiam quod  
auctoritate sanctarum scripturarum resu-  
temus. Literas ipsius Criscouij ad tuam  
Excellentiam transmitto. Iamq; Colopho-  
nis vite etiam atq; etiam vehementer te  
rogo, vt hasce paginas tuo iudicio emen-  
des, ac vel legas, vel diuulges, vel abijcis-  
as, quidquid horum feceris, meo facies  
consensu. Summam Pontificem ecclesiae,  
Iesum Christum, Dei ac virginis filium,  
qui solus est longitudo dierum nostrorum,  
toto pectore precor, vt tuam Excellentiam  
spiritu sanctissimo suo gubernet, &  
diutissime incolumem conseruet. meq; tua  
benevolentia & amori totum trado.

VIII. Kalend. Augusti. Anno  
M. D. LXXXI.





DE  
RELIGIONE  
ET SACRIFICIIS VE-

terum Borufforum, epistola

IO. MELETII

Ad

Georgium Sabinum.



Vm elegiam illam tu-  
am, quam ad Petrum  
Bembum Cardinalem  
scripsisti, mihi legen-  
dam exhibuisset Hieronymus filius  
meus, qui tuis scriptis plurimum de-  
lectari soles, in qua de sacrificio  
capri, & anguium cultu, qua non-  
nulla Sarmatica gentes faciunt, com-  
memoras: continere me non potui,  
quin ea qua de vano cultu earum  
gentium comperi, ad te scriberem.  
sibi utique non ingratum fore spe-  
rans, si earum gentium, ad quas fa-

so quodam vocatus es, & in qua-  
rum vicinia vitam agis, mores &  
idolatriam plenius cognosceres. Mul-  
ti enim superstitiosi ritus, idolatri-  
cique cultus passim in his regionibus  
adhuc occultè seruantur, qui tibi  
aduena nondum forte cogniti sunt.  
Itaque visum est communicare te-  
cum, quicquid de illis compertum  
habeo. Ac ne longiore, utar pro-  
mo, referam primo sacrificia, qui-  
bus olim Borusi, Samogita, Lithua-  
ni, Ruteni & Liuones, coluerunt da-  
monia pro dijs, atque nunc etiam mul-  
tis in locis colunt occultè: deinde su-  
perstitiosos quosdam ritus, quibus  
nuptia, funera & parentalia, apud  
easdem gentes celebrantur.

Die Gregorij sacrificium facere  
solent Pergrubrio, qui florum, plan-  
tarum, omniumque germinum Deus  
creditur. Huic Pergrubrio sacrifi-  
ciana hoc modo. Sacrificulus, quem  
Vurscha

Vurschayten appellant, tenet dex-  
tra obdam cereuisia plenam, inuo-  
catoque demonij nomine, decantat  
illius laudes: Tu (inquit) abigis  
hyemem, tu reducis amantitatem  
veris: per te agri & horti virent,  
per te nemora & sylua frondent.  
Hac cansilena finita, dentibus ap-  
prehendens obdam, ebibit cereui-  
siam nullo adhibita manu: ipsamque  
obdam ita mordicus epotam, retro  
supra caput iacit. Qua cum è terra  
sublata iterumque impleta est, omnes  
quotquot adsunt ex ea bibunt ordi-  
ne, atque in laudem pergrubrij hy-  
mnium canunt. Postea epulantur to-  
ta die, & choreas ducunt.

Similiter quando iam segetes  
sunt matura, rustici in agris ad sa-  
crificium congregantur, quod lin-  
gua Rutenica Zazinck vocatur, id  
est, initium messis. Hoc sacro per-  
acto, vnus è multitudine electus,  
messum



messum aufpicatur, manipulo demesso quem domum adfert. Postridie omnes, primo illius domestici, deinde ceteri quicunque volunt, messem faciunt.

Facta autem messe, solenne sacrificium pro gratiarum actione conficitur, quod Rutenica lingua Ozinck, id est, consummatio messis dicitur. in hoc sacrificio, Sudini Borussiae populi, apud quos succinum colligitur, capro litant, sicut in elegia tua ad Bembum scribis.

Litandi vero ritus est talis. Congregato populi castu in horreo, adducitur caper, quem Vurschaytes illorum sacrificulus mactaturus, imponit victimam utramque manum, inuocatque ordine demones, quos ipsi Deos esse credunt: videlicet, Occipirnum, deum caeli & terra. Antrimpum, deum maris. Gardoaten, deum

deum nauarum, qualis olim apud Romanos fuit Portunus. Porympum, deum fluuiorum ac fontium. Piluitum, deum diuitiarum, quem Latini Plutum vocant. Pergubrium, deum veru. Pargnum, deum tonitruum ac tempestatum. Pocolum, deum inferni & tenebrarum. Pocolum, deum aëriorum spirituum. Puisseatum, deum qui sacros lucos tuetur. Aufseutum, deum incolumitatis & agritudinis. Marcopolum, deum magnatum & nobilium. Barstuccas, quos Germani Erdmenten, hoc est, subterraneos vocant.

His demonibus inuocatis, quotquot adsunt in horreo, omnes simul extollunt caprum, sublimemque tenent, donec canatur hymnus: quo finito, rursus demittunt ac sistunt caprum in terram. Tum sacrificulus admonet populum, ut solenne hoc sacrificium, à maioribus  
piè

piè institutum, summa cum venera-  
tione faciunt, cuiusq; memoriam  
religiosè ad posteros conferuent.  
Hac conciuncula ad populum habi-  
ta, ipse mactat victimam, sanguis  
nemus patina exceptum dispergit.  
Carnem verò tradit mulieribus eo-  
dem in horreo coquendam. Ha in-  
terea dum caro coquitur, parant è  
farina siliginea placentas, quas non  
imponunt in furnum, sed viri fo-  
cum circumstantes, hinc illinc per  
ignem iaciunt absq; cessatione, tam-  
diu quoad illa indurescant & co-  
quantur. His peractis, epulantur at-  
que belluantur tota die ac nocte  
vsq; ad vomitum. Ebrj deinde  
summo mane extra villam progre-  
diuntur, ubi reliquias epularum,  
qua remanserunt, certo in loco ter-  
ra operiunt, ne vel à volatilibus,  
vel à feris diripiantur. Postea di-  
misso cætu suam quisq; domum re-  
perit.

Cate-

Ceterum, ex omnibus Sarmat-  
ia gentibus supra nominatis, mul-  
ti adhuc singulari veneratione co-  
lunt Putscatum, qui sacris arbori-  
bus & lucis præest. Is sub arbore  
Sambuco domicilium habere credi-  
tur. Huic passim homines super-  
stitiosi litant pane, cereuisia, alijsq;  
cibus sub arbore Sambuco positus,  
precantes à Putscato, ut placatum  
efficiat Marcoppolum deum ma-  
gnatum & nobilium, ne grauiore  
seruitute à dominis ipsi preman-  
tur: vsq; sibi mittantur Barstuccæ,  
qui (ut supra dictum est) subter-  
ranei vocantur. His enim demoni-  
bus in domo versantibus se fieri  
credunt fortunatiores: cuiq; collo-  
cans vesperi in horreo super men-  
sam mappa stratam, panes, caseos,  
butyrum, & cereuisiam: nec dubi-  
tant de fortunatum accessione, si  
mane reperiant cibos illic assura-  
ptos. Et si quando in tactibus ci-  
bus

bui in mensa remanes, tunc magna anguntur cura, nihil non aduersi mesuentes.

Eadem gentes colunt spiritus quosdam visibiles, qui lingua Russenica Coliky, Græca Coboli, Germanica Coboldi, vocantur. Hos spiritus credunt habitare in occultis adium locis, vel in congerie lignorum: nutriuntq; eos laudè omni ciborum genere, eò quod afferre soleant nutritoribus suis frumentum ex alienis horreis furto ablatum.

Cùm verò hi spiritus alicubi habitare ac nutrirì cupiunt, hoc modo suam erga patremfamilias voluntatem declarant. In domo congerunt noctu segmenta lignorum, & mulctris lacte plenis imponunt varia animalium stercora. Quod ubi paterfamilias animaduertit, nec

nec dissipauerit segmenta, nec stercora è mulctris eiecerit, sed de inquinato lacte cum omni familia sua comederit, tunc illi apparere & permanere dicuntur.

Præterea Lituani & Samogita in domibus sub fornace, vel in angulo vaporarij ubi mensa stat, serpentes fouent, quos numinis instar colentes, certo anni tempore precibus sacrificuli euocant ad mensam. Hi verò exeuntes, per mundum linteolum conscendunt, & super mensam assident: Vbi postquam singula fercula delibauerunt, rursus descendunt, seq; abduunt in cauernis. Serpentibus digressis, homines lati fercula illa pragustata comedunt, ac sperant illo anno omnia prosperè sibi euentura. Quod si ad preces sacrificuli non exierint serpentes, aut fercula super mensam posita non delibauerint, tum

D cre.

credunt se anno illo subituros magnam calamitatem.

Adhuc eadem gentes habent inter se sortilegos, qui lingua Ruthenica Burty vocantur, qui Potrimpum inuocantes, ceram in aquam fundunt, atque ex signis siue imaginibus inter fundendam figuratis, pronunciant ac vaticinantur de quibuscunque rebus interrogati fuerint. Nui ipse mulierculam, qua cum diu reditum absentis filij frustra expectasset: erat enim filius ex Borussia in Daniam profectus: consulit sortilegum, à quo eciocla est, illum naufragio perijisse. Cera enim in aquam fusa, expressa formam fracta nauis, & effigiem resupini hominis, iuxta nauim fluitantis.

Apud Samogitas est mons ad flauum Nauuassam situs, in cuius vertice olim perpetuus ignis à sacerdote

sacerdote conseruabatur, in honorem Iouis Pargni, qui tonitruum & tempestatum potens à superstitione gentis adhuc creditur. Haecleuius de sacrificijs.

Nunc de ritibus NVPTIARVM, funerum, & parentalium narrabo non minus ridicula quam superstiosa. Apud Sudinos, Curonenses, Samogitas & Lithuanos, nubiles puella multis in locis gestant tintinnabulum, quod funiculo alligatum è cingulo dependet usque ad genua. nec ducuntur, sed rapiuntur in matrimonium, veteri Lacedamoniorum more à Lycurgo instituto. Rapiuntur autem non b ipso sponso, sed à duobus sponsi cognatis. Sic postquam raptae sunt, tunc primum requisito parentalium consensu, matrimonium contrahitur.

Cum nuptiae iam celebrantur, sponsa ducitur ter circa focum. De

inde in sellam ibi collocatur. Seden-  
ti super sellam, pedes lauantur. Ea  
vero aqua, qua sponsa lauantur pe-  
des, conspergitur lectus nuptialis  
ac rota supellex domestica, Con-  
sparguntur item hospites, qui ad  
nuptias inuitati sunt. Postea spon-  
sa os oblititur melle, & oculi te-  
guntur velamine, velatis oculis  
ipsa ducitur ad omnes adiuu fores,  
quas iubetur contingere ac pulsare  
dextro pede. Ad singulas fores  
circumspargitur tritico, siligine,  
aena, hordeo, pisis, fabis, & pa-  
pauere. Qui enim sequitur spon-  
sam, gestat saccum plenum orpni  
genere frugum: cumq; illam cir-  
cumspargit, ait, nihil horum defu-  
turum sponsa, si religionem pie co-  
luerit, remq; domesticam curauit  
ea diligentia, qua debet. His  
actis, aufertur sponsa velamen ab  
oculis, & conuiuium celebratur.

Vespe.

Vesperi com sponsa ad lectum  
deducenda est, inter saltandum ei  
abscinduntur crines: quibus ab-  
scissis, mulieres imponunt ei. ser-  
uum, niueo linteolo adornatum,  
quod vxoribus gestare licet, donec  
filium pepererint. Tandem enim  
vxores pro virginibus se gerunt.  
Ad extremum introducit in cu-  
biculum, ubi pulsata & verbera-  
ta conijcitur in lectum, sponsa q;  
traditur. Tum pro bellarijs affe-  
runtur testiculi caprini, vel vrsi-  
ni, quibus ipso nuptiarum die com-  
manducatus, coniuges creduntur  
fieri secundi. Hac de causa, nul-  
lum quoque animal castratum illic  
ad nuptias maectatur.

IN FVNERIBVS hic ser-  
uatur ritus à rusticanis, defuncto-  
rum cadauera vestibis & calceis  
induuntur, & erecta locantur su-  
per sellam, cui assidentes illorum

D 3

propin-

propinqui, perpotant ac bellan-  
tur. epota cereuisia, fit lamentatio  
funebri, qua in lingua Rutenica  
sic sonat: Ha le le, le le, y procz  
ty mene vmarl? y za ty nie miel  
szto jesty, albo pity? y procz ty  
vmarl? Ha le le, le le y za ty  
nie miel krasz ye mlodzice? y  
procz ty vmarl? Id est, Hei, hei  
mihi. Quare mortuus es? Num  
tibi deerat esca aut potus? Quare  
ergo mortuus es? Hei, hei mihi:  
An non habuisti formosam con-  
iugem? Quare ergo mortuus es?  
&c. Hoc modo lamentantes enu-  
merant ordine omnia externa illius  
bona, cuius mortem deplorant: nem-  
pe, liberos, oues, boues, equos, an-  
seres, gallinas, &c. Ad qua singul-  
respondentes, occinunt hanc Nani-  
am, Cur ergo mortuus es, qui hac ha-  
bebas?

Post lamentationem dantur ca-  
daveri munuscula, nempe, mulie-  
ri fila

si fila cum acu: viro linteolum,  
idq; eius collo implicatur. Cum  
ad sepulturam effertur cadaver,  
plerique in equis funus prosequun-  
tur, & currum obequunt quo ca-  
daver vehitur: eductisq; gladijs,  
verberant auras, vociferantes, Gey  
geythe begaythe peckelle, id est,  
aufugite vos demones in infer-  
num. Qui funus mortuo faciunt,  
nummos projiciunt in sepulchrum,  
tanquam viatico mortuum prose-  
quentes. Collocant quoque panem,  
& lagenam cereuisia plenam ad  
caput cadaveris in sepulchrum il-  
lati, ne anima vel sitiat vel esu-  
riat. Vxor mane & vesperi, ori-  
ente & occidente Sale, super extun-  
Eli coniugis sepulchrum sedens  
vel iacens, lamentatur diebus tri-  
ginta. Cognati vero ineunt CON-  
VIVIA die tertio, sexto, nono,  
& quadragesimo A FVNERE.  
Ad qua conuiuia animam defun-  
Eli

Eli inuitant, precantes ante ianu-  
am. In his conuiujs quibus mor-  
tuo parentant, tacite assident men-  
sa tanquam muti, nec utuntur cul-  
tris. Ad mensam verò ministrant  
duæ mulieres, quæ hospitibus ci-  
bum apponunt, nullo etiam cultel-  
lo utentes. Singuli de vnoquo-  
que ferculo aliquid sub mensam  
iaciunt, quo animam pasci credunt,  
eiusq; potum effundunt. Si quid  
forte deciderit de mensa in terram,  
id non tollunt, sed desertis (ut ipsi  
loquuntur) animabus relinquunt,  
manducandum, quæ nullos habent  
vel cognatos vel amicos viuentes,  
à quibus excipiantur conuiuio. Per  
aëto prandio, sacrificulus surgit de  
mensa, ac scopis domum purgat:  
animasque mortuorum cum pulue-  
re eijcit, tanquam pulices, atque  
his precatur verbis, ut è domo rece-  
dant, Ielij pilij dussica: Nu wenn  
Nu wenn / hoc est, edistis ac bibi-  
stis

stis anima dilecta, ite foras, ite fo-  
ras. Post hæc incipiunt conuiuia  
inter se colloqui & certare pocu-  
lu. Mulieres viris præbunt, &  
viri mulieribus vicissim, seq; ma-  
tuo osculantur.

De hac oblatione ciborum su-  
per tumulos defunctorum, meminist  
etiam Augustinus sermone decimo-  
quinto de Sanctis, cuius verba hæc  
sunt: Miror cur apud quosdam in-  
fideles hodie tam perniciosus error  
increuerit, ut super tumulos defun-  
ctorum cibos & vina conferant,  
quasi egressa de corporibus anima,  
carnales cibos requirant. Epulas e-  
nim & refectioes caro tantum re-  
quirit. Spiritus autem & anima ijs  
non indigent. Parare aliquis suis  
charis dicit, quod ipse deuorat, quod  
præstat ventri, imputat pietati, &c.  
Hactenus Augustinus.

Hæc

Hac qua de superstitiosis riti-  
bus, & ceremonijs illarum gentium  
narraui, partim ipse vidi, partim ab  
hominibus fide dignis audiui. Tu  
verò praestantissime vir, qui varia-  
rum rerum cognitione delectari sol-  
tus es, pro ea qua excellis humanita-  
te, meum hoc qualecunq; scriptum  
ab homine tui amantiſſimo  
profectum, boni con-  
ſulas oro.




Institutio Philologica, Historica, et Mathematica

Universitatis Carolinae Pragae

in Slovaca 4. 11. 18.





Konserw. 1 oprawę  
wyk. D. Chmielarz  
/1992/

